Incipit ꝓlogus in librū Hester.

L
Ibrum hester varijs trās
latoribꝫ constat esse vitia
tum quē ego de archiuis
hebreorū reuelans verbū
e verbo expressius transtu
li. Quez librū editio vulgata laciniosis
hincinde verborū finibus trahit· addēs
ea que ex tp̄e dici poterant· ⁊ audiri sicut
solituz est scholaribꝫ disciplinis sumpto
themate excogitare quibꝫ verbis vti potu
it qui iniuriā passus est· vel ille qui iniu/
riam fecit. Uos aūt o paula ⁊ eustochiū
quoniā ⁊ bibliothecas hebreorū studui/
stis intrare· ⁊ interpretū certamina com
probastis· tenētes hester hebraicū libruz
per singula verba nostrā translationem
aspicite: vt possitis agnoscere me· nihil
etiam augmētasse addendo sed fideli te/
stimonio simpliciter sicut in hebreo ha/
betur· historiam hebraicaz latine lingue
tradidisse. Nec affectamꝰ laudes homi/
num· nec vituperationes expauescimus
deo enim placere curantes· minas hoīm
penitus nō timemus: quoniā deus dissi/
pat ossa eoꝝ qui hominibus placere desi
derant· ⁊ s̄m ap̄lm· qui eiusmodi sūt· ser
ui christi esse no possunt. Rursum i libro
hester alphabetū ex minio vsq3 ad theta
lr̄am fecimus diuersis in locis: volētes
sc3 septuaginta interpretum ordinē per
hoc insinuare studioso lectori. Nos enim
iuxta morem hebraicū ordinem ꝓsequi
etiam in septuaginta editōe maluimus.

Explicit ꝓlogus Incipit
liber Hester. Caplm̄. I

IN diebus
asueri qui regnauit ab
india vsq3 ethiopiam
sup centū vigintiseptē
ꝓuincias: qn̄ sedit i so/
lio regni sui: susa ciui/
tas regni eius exordium fuit. Tertio igi/
tur anno imperij sui fecerat grande cōui
uium cūctis principibus· ⁊ pueris suis
fortissimis persarum ⁊ medorū inclytis
⁊ prefectis ꝓuinciarū coram se: vt osten/
deret diuitias glorie regni sui· ac magni
tudinē atq3 iactantiā potentie sue multo
tp̄e: centū videlicet ⁊ octoginta diebus.
Cumq3 implerent̄ dies cōuiuij· īuitauit
omnē p̄plm qui inuētus est i susis a ma/
ximo vsq3 ad mīmū· ⁊ iussit septē diebus
conuiuium p̄parari in vestibulo horti ⁊ ne
moris· qđ regio cultu ⁊ manu consitum
erat. Et pendebant ex oī p̄te tentoria ae/
rei coloris ⁊ carbasini ac hiacinthini: su/
stentata funibꝫ byssinis atq3 purpureis
qui eburneis circulis inserti erant: ⁊ co/
lūnis marmoreis fulciebant̄. Lectuli q3
aurei ⁊ argentei sup pauimentū smarag
dino ⁊ pario stratū lapide dispositi erāt
qđ mira varietate pictura decorabat. Bi
bebant aūt qui inuitati erant· aureis po/
culis· ⁊ alijs atq3 alijs vasis cibi infere/
bantur. Uinū quoq3 vt magnificētia re/
gia dignū erat abundans ⁊ precipuū po
nebatur. Nec erat qui nolentes cogeret
ad bibendū· sed sicut rex statuerat prepo
nens mensis singulos de principibꝫ suis
vt sumeret vnusquisq3 qđ vellet. Uasthi
quoq3 regina fecit conuiuiū feminaruz in
palatio vbi rex asuerꝰ manere ꝯsueuerat
Itaq3 die septimo cū rex esset hilarior· ⁊
post nimiam potionē incaluisset mero: p̄
cepit mauma ⁊ bazatha ⁊ arbona et ba/
gatha ⁊ abgatha ⁊ zarath ⁊ charchas se
ptem eunuchis qui in conspectu eiꝰ mi/
nistrabant vt introducerent reginā va/
sthi coram rege· posito sup caput eiꝰ dia/
demate: vt ostenderet cunctis populis ⁊
principibus eius pulcritudinē. Erat enī
pulcra valde. Que renuit· ⁊ ad regis im
periū qđ p eunuchos mādauerat· venire
contempsit. Un̄ iratus rex· ⁊ nimio furo
re succensus· interrogauit sapientes qui
ex more regio sēper ei aderant: ⁊ illorum



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0507
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG